

modum olim Mirabiliarii, & nunc Anabaptistarum, ut sua delirijs confirmantur. Ab his enim Anabaptistarum ^{ἐνδοστερμοί} videntur petiti. 5 Esse eiusdem substantiæ animam quæ in hominibus, brutis animalibus, & plantis ipsis insit, quem errorem postea Manichæi sunt amplexi. Ita error latius propagatus est.

C A P. X.

Ebionorum error duplex. Ebioneis autem accensentur Sampsei, & Elcesei vel Elcesaitæ: & quid hi postremi ab Ebioneis differant.



Bionei Christum etiam tantummodo ³ hominem dicunt. Mandata carnalia Legis obseruant, Circumcisionem scilicet carnis, & cetera, à quorum oneribus per nouum Testamentum liberatis sumus. Huic hæresi Epiphanius Sampseos, & Elceseos ita copulat, ut sub eodem numero, tanquam una sit hæresis, ponat, aliquid tamen interesse significans, Quamuis & in consequentibus loquatur de illis, ponens eos sub numero suo. 3 Eusebius vero Elcesitarum sectam commemorans, fidem in persecuzione dicit negandam docuisse, & in corde servandam.

I Ebionei.) Neque hoc loco seruata est ratio temporis, siue à Tertulliano, siue ab Augustino, siue potius ab Epiphanio, quem sequitur $\chi\tau\pi\delta\alpha\sigma$ Augustinus. Nam ipse se refutat Epiphanius, qui cum post Cerinthianos & Nicolaitas collocet Ebioneos siue Ebionitas (vtrumque enim ab authoribus dicitur) eos tamē dicit cœpisse & innotuisse iā ex ipso Hierosolymitanæ urbis excidio, q̄ incidit

g. iiiii.